

Quum sit translata ulterius progrediantur juxta Rubricas: dies enim II. Aug. est propria S. Alphonsi Mariae de Ligorio.

Atque ita rescripsit, servarique mandavit. N. 4910. Die 13. Sept. 1840.

### ALTARE.

#### 1) Accessus.

*Ad Dubium:* In Sacello majoris Seminarii stat Sacristia post Altare, et Ministri accedere possunt ad Altare tam ex parte Evangelii, quam ex parte Epistolae. Quaritur 1. ante Missam quam ex parte exire debeant ad Altare? Et qua parte post Missam redire debeant ad Sacristiam?

Rescriptum prodiit:

„A Sacristia e sinistra egredientem, a dextera ad illam accedendum.“

Atque ita S. C. rescribere rata est, propositaque Dubia declarare. N. 5208. ad 17. Die 12. Aug. 1854.

#### 2) Consecratio.

Vd. *Consecratio altaris.*

#### 3) Execratio.

Vd. *Execratio altaris*; *Altare* (reconciliatio); *Consecratio altaris execrati*; *Reconciliatio Ecclesiae* (decr. n. 4577.); *Reliquiae* (in altari).

#### 4) Fixum.

Vd. *Altare privileg.* (decr. n. 4951; 4988.)

#### 5) Gradus.

Vd. *Missa* (*Quo gradu altaris incipienda?*)

#### 6) Incensatio.

##### a) In Missa.

Vd. *Parasceve* (incensatio crucis et altaris.)

Ad missam thurificari tantum debet altare, in quo cantatur missa; ad vesperras vero altare, ubi asservatur *SSmum.*, et altare chorale, coram quo decantantur vesperrae, nisi esset idem, in quo *SSmum.* asservatur, quia in hoc casu unum hoc altare tantum thurificari debet. n. 2345 ad 1. die 31. (Julii?) 1665.

*Ad dubium:* an in missa convent. Dominicis et aliis diebus festis de praeecepto altare ad Introitum thurificari debeat, quamvis Beneficiati celebrent? S. C. resp.: *Nihil innovari.* n. 2082 ad 1. die 20. Novb. 1660.

Ad idem dubium S. C. resp.: Archiepiscopus provideat n. 2033 ad 1 die 18. Decbr. 1660.

Servari non potest antiqua consuetudo (Cathedr. Conimbricen.) qua diebus non festis in missa convent. non adhibetur incensum. n. 4233. ad 3 die 14. April. 1753.

In Ecclesiis Colleg., ubi quotidie in Quadragesima post Nonam canitur ferialis missa, adhibenda sunt Cerofera et incensum. n. 5012 ad 1 die 14. Junii 1845.

*Ad dubium:* An Episcopus tolerare possit, quod Canonici Missam solemnem cum Diacono et Subdiacono aliquando content, nulla adhibita incensatione, et saepe saepius id faciant in Missis de *Requie* cantatis cum assistentia Diaconi et Subdiaconi, qui semper Canonici sunt? Emi. et Rmi. P. . . . respondendum duxerunt: „Negative.“

Atque ita S. R. C. rescribere rata est, propositaque Dubia declarare. N. 5228 ad 6. Die 29. Nov. 1856.

##### b) In Vesperis.

Vd. *Altare* (incensatio altaris ab altari maj.)

*Ad dubium:* In Decreto Urbis lato die 19. Aug. 1851 ad Dub. III. vetitum fuit in Missa, quae cantatur sine Ministris, incensare Altare et Chorum, ut sit quando Missa decantatur cum Ministris, quaeritur: an idem prohibitum sit in Vesperis decantatis cum solo Hebdomadario parato et unico Clerico? Et quod, si alicubi adsit contraria consuetudo? S. C. resp.:

„Negative.“

Atque ita declarandum et rescribendum censuit. N. 5183 ad 25. Die 16. Aprilis 1853.

#### c) Quando non incensatur?

In missa conventuali absque Diaconis cantata, adistentibus tantum Thuriferario et Cerofera et praesente Clero et Communitate adhiberi non potest thus. n. 4395 ad 21 die 18. Decbr. 1779; n. 3575 ad 12 die 22. Jan. 1701.

Quando missa canitur sine Ministris, non potest thurificari altare et chorus ut alias fit, quando Ministri adsunt. n. 1627 ad 3 die 19. Aug. 1651.

Vd. *Altare* (incensatio in vespers.)

#### d) Incensatio altaris ab altari majiori disjuncti.

Vd. *Imago alicuj. Sancti* (incensatio; decr. n. 3790.) *Reliquiae* (incens. decr. n. 2345.)

*Ad dubium:* Exposito *SSmo.* in altari majiori dum sub Magnificat in vespers idem altare majus incensatur, an debeant etiam incensari alia altaria, ex eo, quod incongruum esse videtur, relinquere in altari expositum *SSmum*, et utrum thurificato altari majiori, ubi est *SSmum*, debeat etiam fieri thurificatio illius altaris, in quo est reconditum *SSmum* in pyxide? S. C. resp. Non esse thure adolenda alia altaria, licet alibi *SSmum* asservetur. n. 4181 ad 11 die 7. Maii 1746.

#### 7) Lignum.

Episcopum Cajetanum permittere debere altare ligneum cum Ara lapidea juxta reformationem Missalis c. 20. n. 463. die 10. Nov. 1612.

Ad petitionem Caroli principis Cignolae facultatem fieri erigendi in suo Palatio altare ligneum, S. C. resp.: petita facultate non indigere, dummodo altare ligneum cum sacro lapide parieti colligatum amovibile non sit, et altaris portatilis imaginem non praesferat. n. 2140 die 3. Decbr. 1661.

#### 8) Missa in altari, in quo est expositum *SS. Sacrament.*

Vd. *Missa cor. expos. SSmo.* (altare.)  
Missa de Req. cor. *SSmo.*

#### 9) Nominatio.

*Ad dubium:* an altaribus seu Cappellis ss. Patriarcharum, Martyrum etc. etc. in Ecclesia existentibus novam invocationem vel denominationem imponi abendo antiquam vel antiqua remanente aliam adungi posse? S. C. resp.: *Dilata.* n. 3415 ad 4 die 30. Mart. 1697. Vd. *Altare (Sancti vet. Testamenti.)*

#### 10) Ornatus.

##### a) In Expositione *SSmi.*

Vd. *Expos. SS. Sacram.* (altare); *Paramenta* (quando pretios. utenda? decr. n. 4383); *Instructio Clem.* §. IV; §. V. n. 6; §. XVIII. n. 7-11; §. XXXVI. n. 2. etc.

Post expositum *SSmum* Pallium et Conopoeum altaris debet esse albi coloris, non obstante, quod illa die Ecclesia utitur alio colore. n. 2864 ad 7 et 8 die 9. Julii 1678.

*Ad dubium:* qui color paramentorum altaris adhibendus sit, quando exponitur et reponitur *SS. Sacramentum* occasione Orationis 40 horarum vel alia etiam pro infirmis vel profunctis? S. C. resp.: colorem adhibendum esse, qui praescribitur per rubricas. n. 1570 ad 2 die 17. Novb. 1646.

In expositione *SSmi.* occasione 40 *hh.* occurrente in die *Commemor. Omn. fidel. def.* possunt in missis def. paramenta coloris nigri vel violacel, — arbitrio superioris localis — adhiberi. Quaeritur: an excipiendum sit altare expositionis? S. C. resp.: Affirmative. n. 4477. ad 3 die 16. Sept. 1801.

*Ad dubium:* an recte se gesserint Capitulum Collegiatae s. Laurentii Florent. exponendo publicae venerationi *SS. Sacramentum* pro anima Ludovici regis def., cum esset Ecclesia panis nigris ornata, excepto Presbyterio et remoto castro doloris et pallis nigris ab unoquoque altari? S. C. resp.: Scribatur Archiepiscopo „Ad mentem.“ n.

4490. die 13. Mart. 1804. Cum Capitulum Ecclesiae Collegiatae S. Laurentii istius Civitatis Florentinae in expiationem Animae augustae memoriae praedefuncti Ludovici Etruriae Regis, et in significationem maeroris de ejus orbitate, pias preces publicas fundere voluerit coram SSma. Eucharistica Hostia, Fidelium adoratione exposita super Ara principe ejusdem Ecclesiae Collegiatae, dum ipsius Ecclesiae parietes, biduo ante expletis exequiis pro eodem Rege jussu Serenissimae Reginae viduae peractis, adhuc funereo apparatu vestiebantur, excepta ea parte circa dictum Altare, quae residentia nuncupatur albo colore distincta, et amoto lugubri feretro, nec non palliis nigri coloris ex singulis minoribus Aris, detractisque pariter velis nigris Cruce alba signatis contegentibus Sanctorum Imagines supra ipsas minores Aras collocatas; non autem fuerit omnium opinio de hac sacrae Eucharistiae expositione; contendentibus nonnullis contra Ecclesiasticas sanctiones, et signanter contra S. R. C. Decreta peccatum fuisse; cum ad cognoscendum: num recte se gesserit praefatum Capitulum eo in casu, et quid imposterum in similibus agere liceat? recursus habitus sit per Canonicum Dominicum Merani, alterum ex duobus Camerariis ipsius Collegiatae, nomine etiam Prioris Canonicorum ad S. R. C., S. eadem C. hodie habita, perpenso voto unius ex sacrarum caeremoniarum Apostolicarum Magistris, typis etiam evulgato referente Sanctissimi Dom. N. Pii VII. P. M. in Urbe Vicario, sacrae quae ipsi Congregationi Praefecto; Amplitudini Tuae in hanc sententiam scribendum esse censuit: Siquidem in proposita facti specie, praecipua pars Cappellae, in qua manebit SSimum Sacramentum, festivis velis ornata fuerit, nihil in hujusmodi facto esse reprehendendum, imo neque necessariam

fuisse remotionem palliorum nigri coloris a minoribus Aris; praeterea S. C. non improbare, quod eodem modo justa persolvantur ad plures etiam dies vel pro omnibus fidelibus defunctis, vel pro defunctis alicujus Congregationis tam Ecclesiasticorum, quam Laicorum.

Amplitudinis Tuae. Romae 13. Martii 1804. Haec autem Epistola data fuit ad Antistitem Florentinum. N. 4490.

#### HISPALEN.

Moniales Spiritus S., Ordinis S. Spiritus in Civitate Hispalen. rogarunt pro facultate retinendi Pallium coloris rubri in Altari, in quo exponitur SSimum Sacramentum *Dominica Pentecostes, et duabus sequentibus Feriis.*

Sacrorum Rituum Congregatio respondit: „Obstant Decreta. Die 19. Decembris 1829. n. 4652.

#### b) In Rogationibus.

*Ad dubium:* Quoties in Rogationibus Processio in aliquam ingreditur Eccl., quin ibi Missa celebretur, canitur Antiphona de S. Titulari; quaeritur: cujus coloris debeat esse Pallium Altaris, et Conopaeum SSmi. Sacramenti, de Festo scilicet, de Rogationibus, vel de Sancto, cujus Antiphona decantatur cum Oratione?

S. eadem C. . . respondendum censuit: „Juxta Ecclesiae Officium.“

Atque ita rescribere rata est, et declarare. N. 5111 ad 8. Die 11. Sept. 1847.

#### 11) Osculatio.

Vd. *Osculum altaris.*

#### 12) Portatile.

##### a) Consecratio.

*Estne altare port. consecratum, si non adhibita fuerit praescripta formula?*

Vd. *Consecratio altaris* (mensa ex plurib. lapidib. etc. decr. n. 4966); *Consecratio altaris portat. execrati.*

##### b) Execratio.

Vd. *Altare port.* (Usus; decr. n. 4805. 3305.)

Sacra in Visitatione, quam per suam Dioec. diligentissime instituit Rmus. Ep. S. Flori in Gallia, occurrerunt illi per varias Eccl. Altaria portatilia, de quorum consecratione olim facta certo quidem constabat, sed quorum tumulus seu Reliquiarum sepulchrum modo caret Sanctorum Lipsanis, quae casu exciderunt. Percipiens autem ut omnia recto ordine procedant, S. R. C. sequentia Dubia enodanda proposuit; nimirum:

1. Utrum Altaria illa suam consecrationem amiserint omitendo Sanctorum Reliquias ibi reconditas?

2. Utrum sufficiat absque nova consecratione in illis tumulare alias Reliquias authenticas?

Et S. eadem C. ad Vaticanas Aedes Ordinariis in Comitibus coadunata, ad relationem Secretarii, omnibus attente consideratis, rescribendum censuit juxta alias decreta:

Ad 1. „Affirmative.“

Ad 2. „Negative, et esse denuo consecranda.“

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit.

Die 7. Dec. 1844. n. 4997.

#### CADURCEN.

Sacerdos Layrac Rmi. Cadurc. Ep. Vic. Gen. ad eliminandam quamcumque dubitationem in Sacrosanctae Missae Sacrificii celebratione, ipsius Ep. nomine S. R. C. sequentia Dubia enodanda proposuit, nimirum:

1. Altare portatile, cujus Sepulchrum aliis remanentibus consecrationis vestigiis, invenitur S. Reliquiis vacuum, reputarine debet ita penitus consecrationem suam amisisse, ut aliis repo-

sitis in Sepulchro Reliquiis, eo uti non liceat?

2. Quid si deleto tantum Episcopali Sigillo super Sepulchrum hispanica cera impresso, obseratae tamen inveniantur S. Reliquiae?

3. Quid agendum a Sacerdote, qui Reliquiarum amissione recognita, alio indiget Altari ad Sacra facienda?

Et S. eadem C. ad Vaticanum sub-signata die in Ordinario Coetu coadunata, Secretario referente, super expositis maturo examine instituto, rescribendum censuit:

Ad 1. „Juxta alias decreta indigere nova consecratione.“

2. Ut ad proximum, quia non constaret de Reliquiarum identitate, et authenticitate.“

Ad 3. „Recurrendum ad Ep., ut ab illo provideatur de novo Altari portatili.“

Atque ita rescripsit, definivitque. n. 5037. Die 23. Maji 1846.

S. FLORI.

Rme. D. uti Frater.

In Ordinariis S. R. C. Comitibus apud Vaticanas Sedes coactis X. Kal. Junii anno vertente a R. P. D. ejusdem S. C. Secretario subscripto relatae fuerunt sequentes preces nomine Amplitudinis Tuae porrectae, nimirum: „Plurimorum Altarium portatilium diversarum Eccl. Dioec. S. Flori in Gallia exciderant, sive excidisse videbantur Sanctorum Reliquiae, timebatur quoque ne sepulchra quorundam aliorum licet pice, seu cera obsignata, et sigillo Episcopali non munita, effossa fuissent, et S. Reliquiis carentia. Quum autem crederetur non ideo execrata fuisse illa Altaria, et satis esse, ut novae in illis tumularentur Sanctorum Exuviae, inde factum est, ut in decursu visitationis, aliisve circumstantiis, Ep. S. Flori, seu Vic. Generales ipsius, visitatis illis praedictis Altari-

bus, mandaverint omnino, Sepulchra Altarium omnium, de quibus supra, ibidem per novas Reliquias authenticas tumulaverint. At recens data innotuit declaratio S. R. C. docens Altaria, quorum Sepulchrum effossum est, esse execrata. Quum autem difficillimum sit discernere Altaria, de quibus in precibus, quia Ep. consecravat quaedam Altaria portatilia, et eorum Sepulchra eodem sigillo consignavit, ideo enixe supplicat Ep. S. Flori ad S. V. pedes provolutus, ut S. V. benigne mederi dignetur defectui supra enunciato, et concedere ut, non obstante defectu, celebrari possit super huiusmodi Altaribus, quae certo olim consecrata fuerant. Quod Deus etc. Et S. eadem C. hisce omnibus perceptis, attentèque consideratis, in ea fuit concordia sententia, ut Amplitudini Tuae injungeretur, quatenus juxta servatum morem posset eadem Amplitudo Tua consecrare non parvo tamen numero Altaria portatilia ad supplendum necessitati in respectivo enunciato casu, atque iterum, si opus fuerit ex deficientia Altarium consecratorum, quoniam omnia praedicta ex tali defectu consecrationem amiserunt, supplicandum SSmo. pro expetita facultate. Super quibus omnibus tempore habili, subsignata nimirum die ab eodem R. P. D. a Secretis facto verbo cum Sanctissimo D. N. Pio Papa IX. S. S. probe cognoscens novum esse, et contra legis statuta locum petitioni dare, maluit ex necessitate onus potius imponere facili negotio obeundum, quam dispensationem impertiri; nimirum ut consecrato portatili Altarium non parvo numero, ut supra, haec paulatim loco aliorum non consecratorum ponantur, ac sublata iterum consecrentur, et haec sic perperam habitata, ad Sacrum faciendum dignosci poterunt vel ex qualitate signi noviter impressi, vel ex Diario S. Visitationis,

quod certe referre debet locum, et Altare tali modo noviter dispositum. Haec Sacratissimi Principis mandata dum Amplitudini Tuae communico, diuturnam Tibi ex animo exopto felicitatem. n. 5043.

Romae 3. Julii 1846.

Rmo. D. uti Fratri Ep. S. Flori.

#### LIMBURGEN.

Sibi commissae Dioec. Visitationem instituens Rms. Limburg. Ep. plurimum invenit Altarium Sepulchra, in quibus S. Reliquiae vel aperte jacebant, adeo ut de earum authenticitate ob defectum tum Sigillorum, tum Literarum Testimonialium non constat vel nullae erant Reliquiae Sanctorum, ac proinde ex Ecclesiasticis Legibus super iisdem Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrari nequit. Cui quidem malo pro viribus concurrere exoptans idem Rmus Ep., jam pro S. Reliquiarum impetratione supplicavit enixe, sed interim S. R. C. rogavit ut indulgere dignaretur, quod super iisdem celebraretur. Et S. eadem C. ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinario Coetu referente Secretario, benigne annuit pro extensione Indulti Episc. Nannetensi concessi sub die 15. Jan. ventis anni, nimirum quemcumque sanans defectum, concessit ut super huiusmodi Aris celebraretur donec novae apponantur Sanctorum Reliquiae. n. 5081. Die 27. Februar 1847.

*Ad dubium:* 1. Utrum Altaria portatilia consecrationem suam amittant, quando fractum est sigillum, quod Reliquiis in Sepulchro inclusis apponitur: an tantum quando, ut loquuntur Theologi, fractum est sepulchrum?  
2. Utrum Altare portatile, cujus sigillum non existit, mitti debeat ad Urbem Episcopalem, et rursus consecrari: an sufficiat tantum novas addere Reliquias veteribus Reliquiis in Sepulchro inclusis, et authenticitate carentibus, et sigillum Episcopi apponere?

3. Quid sentiendum de consecratione Altarium portatilium Dioecesis Bituricen.? Nam de facto constat, quod a perturbatione Anni 1790 nulla existebant sigillorum vestigia in Altaribus portatilibus: rursus impositae sunt Reliquiae ab Archidiaconibus, quum vacuum erat Sepulchrum, aut Reliquiis in Sepulchro manentibus, et authenticitate carentibus, additae sunt Reliquiae authenticae, et appositum fuit Episcopale sigillum.

Emi et Rmi P.... respondendum censuerunt:

Ad 1. „Quoad primam partem negative, nisi fractum sit Sepulchrum, vel ejus operculum, aut etiam solummodo si hoc amotum fuerit: quoad secundam partem provisum in prima.“

Ad 2. „Quoad primam partem provisum in primo: quoad secundam nuncquam licere certas Sanctorum Reliquias dubiis immiscere, ac semel execrata Ara, vel fixa vel mobilis, ex communi jure nova indiget consecratione.“

Ad 3. Mobiles Aras in casu execratas esse, et ad Mentem. Mens est, ut amoveantur prorsus Reliquiae dubiae, et consulendum SSmo, ut Archiep. Bituricen. vel per se vel per alios etiam simplices Presbyteros hoc tantum in casu Apost. Sedis nomine delegandos certas Reliquias in iisdem Aris reponat, iis solummodo Caeremoniis servatis, quae in Pontificali rom. praescribuntur, dum in Sepulchro reconduntur Reliquiae, et superponitur lapis, scilicet ut signetur S. Chrismate Confossio seu Sepulchrum, ac dicatur interim Oratio: *Consecretur et sanctificetur*, postea reconditis Reliquiis cum tribus granis thuris, et superposito operculo, ac firmato, dicatur altera Oratio: *Deus, qui ex omnium cohabitatione Sanctorum*, et nihil aliud.

Atque ita rescripsere. Die 23. Septembris 1848. Facta autem de praemissis SSmo D. N. Pio IX. P. M. per

Secretarium fidei relatione, S. S. ad Mentem S. C. petitem Indultum pro hoc casu tantum valiturum de Apost. Benignitate concessit: dummodo adamussim singula serventur, quae in superioribus Responsionibus praescribuntur. n. 5162 die 5. Dec. 1851.

#### c) Usus.

De Altare port. in Cappella domestica, vd. *Cappella domestica. Consecratio alt.* (decr. n. 3762); *Cappella Episcopalis* (decr. n. 4547 et 4776). *Portatile; Missa extra Eccles.*

*Ad dubium:* an in Metropoli Episcopi residentis Abbas titularis sine jurisdictione tamquam Praelatus domest. Papae possit habere usum altaris portatilis? S. C. resp.: *Negative*. n. 2767, die 11. Jan. 1676.

*Ad dubium:* an posse s. lapides, nempe altaria portatilia, a quocumque catholico Antistite rite confecta, altaribus seu cappellis, sacris reliquiis expoliatis, apponi, ut Sacrum ibidem licite peragi valeat? S. C. resp. Affirmative ad formam Pontificalis rom. n. 3415 ad 2 die 30. Mart. 1697.

*Ad dubium:* an altaribus B. V. M. Confraternitatis SS. Scapularii, SS. Sanguinis, s. Crucis etc. noviter constructis altaria portat. apponi liceat et deinde in eisdem licite Missa celebrari possit? S. C. resp.: Affirmative ad formam Pontif. rom. n. 3415 ad 3, die 30. Mart. 1697.

Episcopus Bambergensis exposuit ut infra videlicet: Episcopus dono accepit Altare quoddam Portatile, seu Viaticum, ut vocant, cum authentico quidem testimonio Consecrationis ab Episcopo quondam Magdeburgensi eidem facto; quia tamen illud notabili temporis intervallo sub manibus A Catholicorum extiterat, timens memoratus Episcopus, ne aliquod forte inconveniens, maxime quoad Reliquias Sacras mutatas, vel falsatas contigerit; securitatis, non curiositatis causa, lignum, quo lapis in-